

Plinio, fila capilli speciem referentia,
a Aristot. H. A. l. 9. c. 37. postremis quibusdam praepilatis, ^d

Aristoteli; gracilia quaedam cornua
 Bellonio; pili Gillio; geminae rigidae
 albaeque setae Salviano, dicuntur.

e Aristot. H. A. l. 2. c. 13. *Branchias* neque detectas, ^e neque su-

pina parte caeterorum planorum car-
 tilagineorum more, sed in lateribus,
 non spineo operimento, sed cuticulari
 intactas habent. *Pinnas*, contra carti-
 lagineorum planorum morem, in me-
 dio corpore, ubi cauda capiti jungitur,
 membranaceas et crassiusculas duas,
 propter amplitudinem partis superio-
 ris: superiore caudae parte una non
 admodum lata, sed longiuscula conspi-
 citur. A capite illico *cauda* sequitur,

rotunda, brevis, carnosae in pinnam,
 rotundam, crassiusculam et latam de-
 finens. Ex hujus et capitis lateri-
 bus, appendiculae carnosae, certis in-
 intervallis a se distantes, dependent,
 quae natante rana, supernatant. *In-*

tra, si spectes, *peritoneum* videbis ni-
 grum; *ventrem* magnum, carnosum,
 appendice utrinque unica & brevi
 instructum; *intestina* gracilia, multis
 gyris circumvoluta; *jecur* parvum,
 rubescens, in quinque lobos, ut Bel-
 lonius scribit, divisum. (Rondeletius
 sectum negat) eorum utrinque bini
 ad latera protrahuntur. *Fellis* ve-

fica longo meatu ex hepate propen-
 dens, intestinis annectitur. *Vulva* est
 bifida, anfractuosa, duas ulnas longa,
 tribuit et vesicam, sed nescio quam
 vere Bellonius, et addit, totidem in
 Rana numerans cartilagineas, quot in
 quovis sceleto, ossium animalium ter-
 restrium formas referentes, quae
 prorsus medulla, praeter vertebrae
 careant; totidem idem nervorum
 conjugamenta in ejus cerebro, multo
 tamen liquido, numerari, quot in re-
 liquis animalibus numerantur. *Ven-*

triculo et interanea, si per os exi-
 mantur, corpusque quoad eius fieri
 potest, distendatur, totum perlucidum
 et instar carbunculi fulgens evadit,
 immissoque lumine, laterna horrendo
 aspectu apparet. *Locus* ipsi herbosae

^f maris partes et ^g littus. *Cibus* car-
 nes humanae etiam. Natantem ali-

quando virili membro apprehensum in
 profundum detraxisse, Gesnerus ^h se
 audivisse refert. Contra caeterorum

cartilagineorum morem, *Ova* non ani-
 mal ⁱ pariunt. Caput corpore gran-

dus et aculeatum in causa, quod ut
 aditui sic exitui, ineptum est. Ovum
 unum solidum, durumque ut foris
 servetur, cum caeterorum cute mol-

li tegantur, Aristoteles ^k prodidit.
 Universa simul juxta terram edunt;

ortus cum iis, quae extra perficiun-
 tur, et iis, quae intus, idem. Nume-
 rosius ^l quidem foetificant: sed quia

de facili pereunt, pauciores repe-
 riuntur. Aliquandiu extra aquam vi-
 vere, Rondeletius testatur. Visa duos

in littore dies inter herbas vixisse,
 vulpeculaeque terrenae noctu vi-

ctum quaeritantis pedem, dentibus
 arripuisse, et ad auroram detinuisse.
Solitarias esse ex eo, quod plures

una capi non soleant, colligitur. Pla-
 na quamvis, non sola tamen latitudi-
 ne natat, sed pinnulis etiam, quas in
 lateribus habere dictum est. Singu-

lari in venando ^m astu utuntur. Inter
 saxa conditae, aperto immani rictu,

mentitum vermiculum musculo an-
 nexum, per pinnam in faucium ri-

ctum conjiciunt, eo viso pisciculi ceteri
 ad escam accurrunt, rictum, cavi-

tatem alicuius saxi reputantes subin-
 trant, piscatores retracto, qui velli-

catur hamo, orisque rictu clauso, to-
 tum pisciculorum gregem devorant.

Macilentiores, quae praepilatis villo-
 rum capitibus destituuntur. *Ufus* ea-

rum in cibo fere nullus. Insulsa, muco-
 sa et ferini saporis carne praeditae sunt.

Anaxandrides tamen eas in Cotyis
 Thracum Regis conviviiis reponit.

Ventrem inter lautissimos cibos Anti-
 phanis recenset. In *Medicina* fel adver-

sus suffusiones utile est. Quod strumas
 utiliter pungi, piscis ejus qui Rana in

mari appellatur, officulo de cauda, ita
 ut non vulnerentur; idque fiat quo-

tidie donec percurrentur, apud ⁿ Pli-
 nium occurrit; Rajarum potius acu-
 leis convenit. Nullum enim officu-
 lum Rana habet. Diversa est ab istis
 tum illa castanei coloris, ventre can-
 dicante; tum Rana MINOR dicitur.

Tota tam supine quam pone aspera
 cute tegitur, supine aculeata est, et
 albicat, prone colore est cinereo. Os
 habet exile et plane edentulum: *Ca-*
put erectum et velut cornu in extremo
 pro-

ⁱ Arist. H. A. l. 2. c. 13.

^k Arist. l. 3. de gener. c. 3.

^l Aristot. H. A. l. 6. c. 17.

^m Aelian. H. N. l. 9. c. 24.

ⁿ Plutarch. l. intr. ani-

malia.

^o Aristot. H. A. l. 9. c. 37.

^p Oppian. Hal. l. 2. v. 90.

^q Plin. H. N. l. 37. c. 8.

^f Ovidio in Halieut.

^g Martial. l. 10. c. 37.

^h Gesner. de Aquatil. lib. in Ran.